Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

constituunt cui etiam omnes fideles supponunt iuxta illud apli. Ad
quem accedentes lapidem uiuum et ipsi tamquam lapides uiui sup
edificamini. Iam sicut in muri edificatione primo ponunt
lapides magni et quadrati quia alios super se positos portant quia
et ipsi iterum alios portent sicque omnis edificatio extruitur usque ad
ultimum lapidem peruenitur. Qui cum portet ab omnibus ipse nemini
portat. Ita in fundamento ecclesie primo positi sunt apli martyres
deinde confessores uirgines uiduae et ceteri fideles qui se inuicem por-
tant omnes passiones suae minus libentissime tolerantes iuxta illud
apli. alter alterius onera portate uel etiam exemplo semetipsos inui
cem fouentes et ita agitur usque ad finem seculi quando ultimus electus
in nouissimo culmine huius edificii ponetur qui cum portet ab omnibus
retro se precedentibus ipse tamen non habebit quem portare possit quia
in ipso omnis ecclesie edificio consumabitur Erit vero ipse fundamentum et
consummatio ecclesie qui est initium et finis. Ipsa vero ciuitas aurum mun
dum simile uitro mundo. Per aurum claritas celestis intelligitur de
qua dominus dicit. Accipite sapientiam sicut aurum. In uitro uero
puritas cordium intelligitur. Iam ex ceteris metallis si conficiun
tur aliquod quicquid uitrum insecus ponitur extrinsecus minime uidetur
in uitro aut quicquid uiteri ponitur totum extrinsecus prospicitur atque
ideo per uitrum puritas designatur cordis omnium sanctorum quia inuicem in
celesti beatitudine omnibus manifestabitur. Hec enim uerba non ad
presentem ecclesiam referri possunt in qua singulis singulae
conscientiae occultae sunt sed ad futuram quando uenientem dominum
qui illuminabit abscondita tenebrarum singulae conscientiae
cunctis manifestabuntur. Quicquid enim cogitatum fuerit ab aliquo
totum uidebitur ab altero sicque unusquisque tunc erit conspicabilis sibi
Vel sicut dictum est per aurum intelligitur sapientia supna puritas
uero puritas fidei. Iam in uitro sicut dictum est quicquid ponit
uiterius totum uidetur exterius et per hoc puritas fidei designatur